



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CIII. Das Kloster Arendsee verkauft Conventualinnen Leibrenten, die nach ihrem Tode für die Kleidung der Nonnen verwandt werden sollen, am 25. Juli 1367.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

cientes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni Juri, Actioni seu impetitioni, quod vel que nobis in dictis Redditibus competit aut competere poterit aliquo modo in futurum. In cuius Rei testimonium Sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Presentibus Nobilibus viris Gunthero Comite de Swartzburg Domino in Arnstete, frederico comite de Orlemunde, ac Strenuis viris Petro de Trutenberg milite, Cuntzone de Sliuen, Curie nostre magistro, Gebhardo de Aluenfleuen, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Tangermunde, Anno domini M^o. CCC^o. Sexagesimo septimo, die beatorum Petri et Pauli apostolorum.

CIII. Das Kloster Arendsee verkauft Conventualinnen Leibrenten, die nach ihrem Tode für die Kleidung der Nonnen verwandt werden sollen, am 25. Juli 1367.

In nomine domini Amen. Vt ea, que geruntur in tempore, non simul cum tempore dilabantur, necesse est, vt ea, si firmam debeant habere memoriam, in scriptis autenticis ac ydoneorum conseruacione testium robur accipiant perpetue firmitatis. Hinc est, quod nos Ludgerus de kampe, prepositus sancte marie in Arnesse, Alheydis de Wulstreue, Priorissa, vna cum consensu totius Conuentus ibidem vniuersis ac singulis hanc paginam visuris seu auditoris cupimus fore notum publice presentibus protestando, Quod matura deliberacione ac vnanimi consensu vendidimus et per presentes vendimus Religiosis personis hillegundi necnon Alheydi, que cognomine dicuntur Swanen, Monialibus nostri Conuentus, vnam dimidiam marcam argenti temporibus vite sue annuatim in festo Martini Episcopi et Confessoris in Curia Johannis de Rossowe in villa Neylinge tollendam pro quatuor marcis cum dimidia marca. Quando vero predictae persone ambe vitam finierint vel ex hoc mundo decesserint, tunc predicta dimidia marca argenti pro calceis et vestimentis comparandis perpetuis temporibus permanebit, et Priorissa ipsius Conuentus predictam dimidiam marcam tollere debet et in predictum vsu cum fidelitate conuertat, necnon Prepositus nostri conuentus, necnon aliquis ex parte nostri conuentus infringere debet nec potest vlllo modo. Vel si aliquis prepositus temerarie infringere intendit vel facit, ipso facto matura sua deliberacione se ingerit sententiam excommunicacionis absque vlllo impedimento. Actum et datum Anno domini M^o. CCC^o. LXVII^o, in die Jacobi apostoli.

CIV. Die von Jeetz entsagen allen Ansprüchen auf Neulingen zu Gunsten des Klosters Arendsee, am 6. August 1367.

Wy Hans vnd Claus vnd Kone, Broder, gheheten van yetze, bekennen openbare vnder vfen Inghelghelen, dat her Ludeger vanme kampe, Prouest to der arnesse, heft be-